

BARTHERVS FRANCORVM REX.



**B**Artherus post Hildericum regem Francorum  
Bob plurimas corporis & animi uirtutes Fran-  
corum rex electus est, Anno Christi ducentesimo  
quingagesimo quinto. Eius tempore Germani &  
Franci magnis copijs Italiam ingressi, cædendo &  
populando Rauennã usq; peruenerunt. Erat Bar-  
therus Marbodo Saxonum regi confœderatus. Ita  
que postea Bartherus filium suum Antharium, &  
Marbodus filium Luitherum maximis copijs Ger-  
manorum, & Saxonum denuò in exteras nationes  
miserūt. Illi in Galliam irrumpentes, in Hispaniam  
usq; penetrarunt, & Tarraconensem urbem solo e-  
quarūt. Inde uictores in patriam reuersi sunt. Cum

hoc modo Bartherus per octodecim annos optimè præfuisse, decessit, &  
Clodium successorem accepit. Oros. 7. cap. 22. Ioan. Funck. in Chron.